

A meridiani aſſeres. B ſeptentrionales. C baſes, in quarum cauis inſeruntur cardines ſiue proceſſus aſſerum, ſingulorum bini. D aſſeres ſex occidentales. E aſſeres angulares. F anuli, quibus iunguntur cum extremis longitudinis aſſeribus. G repagula quina, per anulos traiecta, ad coniũgendos aſſeres, quorum unum repagulorum mediana per medios aſſeres traijciũtur. H, ſiparium de quatuor columnis pendens. I arca oraculi in ſanctiore ſanctuario. K menſa panum appoſititiorum. L candelabrum. M aulæum in foribus cellæ, de columnis pendens. N ſacrum, ſiue cella. O ſanctius ſanctuarium, ſiue penetrale. P Q latitudo tabernaculi decem cubitorum, quaſi comprehendas aſſerum craßitudinem, erit duodecim, R S. T V longitudo triginta cubitorum, quæ erit duorum & triginta, ſi ea contineatur & ab occidente, aſſerum: & ab oriente, columnarum craßitudo. X R aſſerum altitudo decem cubitorum: cui ſi addas baſes binûm cubitorum, erit duodecim, quam tradit Ioſephus. Y binæ baſes à ſuis aſſeribus remotæ: quod ideo faciendum curauimus, ut apparerent proceſſus & acetabula, quæ latent in cæteris. Hoc tabernaculum tegebatur decem linteis, quaternos cubitos latis, uicenos octonos longis, quinis inter ſe coniunctis, hoc pacto.

TABER-